Benedictus ep(iscopu)s servus servorum dei. Dilecto filio .. priori de Roda Ilerden(sis) dioc(esis) salt(em) et ap(osto)licam ben(edictionem). Sua nobis .. magister [...] fratres Hospitalis sancti Joh(ann)is Jerusalem in

Aragonia et Cathalonia ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis petitione monstrarunt quod cum ipsi .. Priorissam [et] conventum monasterii de Exixena per priorissam

soliti gubernari eidem hospitali in spiritualibus et temporalibus pleno iure subiecti Ilerde[...] super eo quod eedem priorissa et conventus a subiectione ipsius hospitalis se sub

trahere temere satagebant et aliis certis articulis coram Bernardo de Aristot Can[...]nerabilis fra[tris ...]s Urgellen(sis) in hac parte a sede ap(osto)lica delegatus convenis-

tur idem suas retenta sibi diffinitiva sententia auctoritate ap(osto)lica traxissent [...] priorissa et [con]ventus predicte comparere coram eo in assignato ipsis

ad hoc termino peremptorio competenti contumaciter non curarunt in eandem [...] primo et demum cum contumacia excrescente in dictum monasterium

interdicti sententias exigente iustitia promulg[avit ...] suas dicte priorissa et [conventus ...]abiliter contempnentes illas sustinuerunt per annum et amplius et ad huc

sustinent animis induratis. Quare dicti magister et fratres nobis humiliter suppl[icarunt] ut easdem sententias faceremus firmitatis robur debitum obtinere. Quocirca discretioni

tue per ap(osto)lica scripta mandamus quatinus sententias ipsas sicut rationabiliter sunt prolate facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter

observari. [Qua]nto dicta priorissa prefatam excommunicationis sententiam postquam tibi fore constiterit eam latam per unum mensem animo sustinuerit indurato eam extunc die-

bus singulis dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis donec super hiis congrue satisfecerit ——— excommunicatam publice nuncies et per omnia loca

in quibus expedire videris nunciari facias et ab omnibus artius evitari. Dat(um) Laterani iiii kl decembris

Pontificatus nostri Anno primo.

F. B.

N-12 - Xixena

Commission del Pappa benedito undecimo al Prior de Roda para que haga obserbar las sentencias y escomuniones dadas por otros commissarios contra las monjas de Xixena attento que a mas de un año que estan descomulgadas y que si por tiempo de un mes no obedezen a aquellas las escomulgue con campanas tañidas y candelas encendidas. Datt en ... en el primer año de su pontificado.

Xixena

Leg.º I
Lit.ª nº 10

comissio ... facta priori de Rota ... quod faciat observari et inviolabiliter sententias excomunicationis et interdicti latas et promulgatas contra monasterium de Exxena ... super r. bernardo de [illegible] ... [illegible]

16/22

1303-11-28

sin fecha

de Xixena